Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8268
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Der Herrn Assessorn Votum
den Revisoribus übergeben.
Ao 15.83.

In Caussa Quarti
Mandati.

Submissum in puncto paritionis, An sc. dno Reo paritio injungenda, vel ad ipsius Instantiam Mandatum Cassandum sit, Cassationem Exceptiones hec suadere videntur.

Prima quod factum cujus Ea Comes presens Mandatum impetravit, non Arrestum de quo Consto. Arrestorum in Comitijs Spirensibus Año 70 promulgata loquitur, sed sententie in Curia Landshutana late executio poenaq sit contumacie.

Secunda qa impetrans quoad presens factum non pro statu Imperij, sed subdito Bavarie Ducis omnino haberi debeat.

Tertia, qa Camera ab Imperatore et Statib. Imperij preventa.

Quarta Quod vitium insit Cautioni oblate Judicio sisti, et Judicatum solvi.

De his igr singulis qb. rationib. et fundamentis intantur dispicere oportet.

Et quidem quoad primam Exceptionem ex Confessione partium constat Recessum Landshutanum inter Comitem impetrantem & prefectum Ducis Bavarie Griesbacensem 5a Febr. Ao. 75. publicatum esse, quaestionemq in eo adhuc verti, an Jurisdictio aliquo saltem modo fundata fuerit. Ideo autem necesse est illius sententie Jurisdictionem fundare, qa pars adversa data occasione per allegationem Executionis de Incompetentia Judicis, q illam tulit excepit, Tantam

498